

nit ex natura, ut primò instituta est, sed ut uiciata è ex peccato, quod Christus nõ habuit. Accepit autè de omni statu hominis aliquid ipse Christus, vt de innocentiæ statu, peccati immunitatem: de statu post peccatum defectus, & penam: de statu sub gratia, eiusdem plenitudinem: & de statu gloriæ, impeccabilitatem, & Dei cõtemplatione perfectã, *Sint tua Christe neci quamuis abnoxia membra, Hec tamen inuitus non capis, imo libens.*

DISTINCT. XVII. QVAE INCIPIT,
Post prædicta, &c. Epi.

Secundũ duas in Chro naturas plures in eo fuisse uoluntates ostenditur, secundum quartũ aliquã a patre petiit, quod nõ impetrauit, ac nõ se impetrarum præsciuit, cũ & nec secundum aliã hoc uoluit, In eo namque uolũtas diuina erat, & humana, & hæc vltima duplex, ronis scilicet, & sensualitatis, secundũ quã pati, & mori refugiebat, quod tamen secundum diuinã uoluntatem, & rationis humanã uolebat. Nec tamen per hoc in eo rebellio carnis ad spiritum erat ulla, quia nulla concupiscentia. Erat autem in eo sensualitatis, ut in ipso naturæ humanæ ueritas comprobaretur. Hinc, & orauit, ut nobis orandi in necessitate exemplum relinqueret. Quanquam autem a patre sub conditione aliquid petiuit, & ob id quasi dubitasse à sanctis dictus uideatur hoc casum intelligi sane debet. Est, admodum dubitans se habuiffe.

Exorasse patrem semper ne credito Christum, Quando nec horrois transit iste calix.

DISTINCT. XVIII. QVAE INCIPIT,
De merito etiam Christi prætermittendum &c. epi.

¶ Meruit Christus per passionẽ suã nedum nobis, ut quidam dicebant, sed & sibi: nobis què redẽptionem, & regni apertionem & sibi uerò corporis immortalitatem, & animæ impassibilitatem, ac nimirum clarificationem, quã, & animæ impassibilitatem mox post ipsius à corpore separationẽ ad eum eum esse, quamuis magister sub dubio relinquit: per alios tamen aseruitur. Hæc autem prædicta nõ tantũ in passione, uerũ, & a cõceptionis suæ initio meruit: quod ita posse, ex gratiã, & uirtutũ habuit plenitudine. Vnde nec i merito p̄scire potuit, quo ad meriti efficaciam, sed solum quo ad numerum meritorum, idẽ scilicet pluribus modis merendo. Hinc, & licet accepit, impassibilitatẽ post mortem: ante tamen absolute loquendo, non minus fuit, quamuis secundum aliquid, scilicet secundum omnis miseriam immunitatem. Hinc etiam, q̄ Deus uocetur an mortem habuit. Et q̄ Apostolus hoc sibi p̄ passionis humilitatẽ collarũ dicit, quo ad innocentiam intelligi debet. Quod etiã Ambrosius dicit id ipsum nomen donatũ sibi Deo, Augustinus autẽ homini, diuerso id dicunt respectu. Primum namq̄ loquitur respectu naturæ, alter gratiæ. Ea autẽ, quæ sibi Christus meruisse dictus est, sine merito, (supposita mortaliter, & passibilitate, quam assumpserat) habere non potuit: quibus talẽ naturam, sumere poterat, ubi illa simul accepisset, & sic nec meruisset, & nomẽ suũ aliter potuerat clarificare. Sic, & redẽptione nostrã intelligẽdũ est ipsũ alia uia p̄ passionẽ p̄curare potuisse, illa tñ v̄gruẽctior. *Cum tibi, cum nobis meruisti Christe, nec ortu, Quam nec crediderim te meruisse, minus*

DISTINCT. XIX. QVAE INCIPIT,
Nunc ergo queramus &c. epito.

¶ Per passionem, & mortem suam Christus nos a peccato, & diabolo redemit, quo, & charitatis suæ magnitudine charitatem in nobis uicissim, accendẽ uoluit, ut p̄ fidem passionis, & mortis eius q̄ se sacrificium pro nobis obulit dictionum malo nauationem adipsam conueniat. Factus enim est hõ, ut per mortem suam diabolo iussẽ uinceret in natura prius uicta. sicq̄: & a pena æterna nos liberauit: quia culpam pro qua pœna debetur, sua morte destruxit, talem quoq̄ tandem ablaturus. Est proinde ob usũ potestatis, & operis expletionẽ Chrs propriẽ humani generis redẽptor, quibus primum, & patri, & spiritui sancto conueniat, q̄ propter uel pater uel spiritui sanctus redemptor quõ: nõcupatur. At mediator Dei homi fides ipse est, non pater nec spiritui sanctus, em qd̄ è nec Chrs dñ, em diuinitatẽ, sed em naturã assumptã. q̄ & minor patre, & caput hominum esse, probatur.

Cur uoluit Christus soboles æterna parentis, Factus homo, mortis uincere morte ducem? Viciã in natura superaret ut equus hostem, Et nobis tanto charior inde foret.

DISTINCT. XX. QVAE INCIPIT,
Si uerò queritur. Epi.

¶ Alio quidem mō, quã p̄ Chri passionẽ, Deus cuius præci oia subsunt, hominem liberare potuisset, sed nullus alius infirmitati nr̄e lanandẽ fuerat cõuenientior. Hoc em̄ mō uoluntas hominis p̄ amore magis in Deũ dirigit, & iustitia manifestus est obseruata in uictoria diaboli, qui cũ Chrm occidẽ rit, nullã in eo mortis cãm reperiens, præte usurpatã in oes fideles iure amittit. Neq̄: tñ è si Deus (qd̄ potuit) uno nutu hominẽ redemisset, iniuria alicui esset illata, quippẽ in cuius manu uniuersa cõsistunt. Chrs ergo hostiã, & peiũ redẽptionis nr̄e seipsum offeres, p̄ passionẽ suã cã fuit effectiua, & auctor reconciliationis humanæ pro oibus quidẽ sufficienter, efficienter uerò pro electis tantum, Qui & cũ ad passionẽ traditus sitã seipso, a patre, à Iuda, & Iudæis: hi tñ ultimi quibus opus corũ operarum bonũ esset, at habito respectu ad operantũ intentionem, pessimum egerunt facinus, innocẽtis simũ dñm ex iniquitate offerentes, quem pater, ac ipsemet seipsum ex maxima obtulerat charitate.

Quanquam humana salus alio pacto esse ualebat, (E nihilo quod enim cuncta creauit, idem Omnia logẽ aliter potuit) modus haud tamẽ ullus Qui mage quam tua mors Christe quadraret, erat.

DISTINCT. XXI. QVAE INCIPIT,
Post prædicta considerandum Epi.

¶ In Christi passione diuinitas ab anima ipsius siue etiam a carne separata non fuit, quod autem Christus in cruce derelictum se clamat à Deo, intelligendum non, q̄ unio personalis soluta fuit sed quia auxilium defensionis humanitate ad tempus erat substractum. Et hoc etiam modo capiendum est dictũ Ambrosio, quod oppositum uideatur sonare. Quod etiam Athanasius dicit hominem resumptũ in resurrectione, & sic in morte depositum, dicitur non quasi unio personalis fuerit soluta, sed quia anima à corpore per mortem fuit separata. Vnde, & uerẽ mortuus, probatur. Hinc, & filius Dei passus dicitur, & mortuus propter proprietatem, utriusque naturæ cõicitatõnem: